

Hermann Lembke

**Facultatis Iuridicae In Academia Rostochiensi p. t. Decanus Hermannus Lembke
I. U. D. ... Ad Inauguralem Disputationem Dn. Joan. Bernh. Zinzerlingi,
Sternebergensis. Quam In Maiori Auditorio die V. Mensis Iulii Horis ante &
Pomeridianis habebit. Magnificum Dn. Rectorem, Dnn. Professores, Doctores,
Licentiatos ... benevolentia invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn735195498>

Druck Freier  Zugang



Aufwand für
Gift, Beisetzung, Stein

Proj. + Diff.

K. Lemcke (J. A. Zieglerius)

R. U. um 1660.



FACULTATIS JURIDICÆ

In
ACADEMIA ROSTOCHIENSI

Sc 7. f. n. 28

p. t.

DECANUS

HERMANNUS *Gembke*

J. U. D. & Professor Ordinarius

Suo & totius Amplissimi Ordinis Juridici Nominis.

AD

INAUGURALEM DISPUTATIONEM

DN. JOAN. BERNH. ZINZERLINGI,
Sternebergensis.

Quam

In Majori Auditorio die V. Mensis Julij Horis,
ante & Pomeridianis habebit.

MAGNIFICUM Dn. RECTOREM, Dnn. Professores, Doctores, Licentiatos, Verbi Divini Ministros, Philosoph. Magistros, totam deniq; Studiosæ Juventutis, ut & aliorum Literatorum Coronam, eâ, quâ decet, benevolentia invitat.

(o) 30

Rostochi,

Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Anno Domini M. DC. LX.

De laude Friderici Imperatoris, Constitutiones qui dedit Impere

FACULTATIS LIBRARIES


ACADEMIA ROSTOCENSIS

DECANUS

LIBRARIUS

ANNO DOMINI MDCXVII

SUGGESTORIS AMBIVULANTIS



MAGNIFICUS D. RECTORIS D. M. PRO-

TELOGIÆ, DOCTORIS, PRAESES, AEDIC. DIVIT. M.

PHYSICIÆ, PHYSIOLOGIÆ, MUSICOLOGIÆ, TONISTÆ, GEORG. ENGL.

OL. LAVENTIÆ, ET AL. SCHOLARUM, PRETENSIONUM

CODICORUM, ETC. DYS ACER, PEGASO-

TELLUS INVENTUS

EX (o) 20

ROSTOCENSI

THIS LIBRARY OF NICOLAUS KILIUS, VESTA, T. F. 1682

ANNO DOMINI MDCXVII

L. B. S.

Faud immerito Sacratissimus Imperator FREDERICUS Constitutione sua, quæ in Codice Justinianeo effulget, eruditioni ac literarum studio insignia communicare voluit privilegia, ejusque sectatores strenuos singulari laude ac protectione dignos judicavit; Magna enim Eruditionis & doctrinæ est præstantia, magna ejus vis, magna virtus. Quā quantò quisquis ante alios excellit, tantò cæteris & melior & benignior evadit; quantò verò minus eā quisquis est instructus, tantò propius ad brutorum immunitatem accedit. Eruditio quippe hominum animos à prima pueritia præclaris sapientiæ studiis informat, ingeniiorum habitudinem ad meliorem rationis usum instruit, ad genitas ignorantiae tenebras, sed à Nobis beneficio depellit. Eruditio lira & norma naturæ, nos ad veram humanitatem componit, asperos animi mores emollit, emendat, nec feros esse sinit, ad laudabilemque priscæ sanctitatis cultum nos inflammat. Eruditio à caducarum rerum curis aliena, à turpi pecuniarum quaestu & sordidâ voluptatum fruitione abhorrens, nonnisi arduis de virtute cogitationibus mentes nostras intendit. Hæc, inter alia innumera commoda, docet in prosperis fortunam moderari sapienter; in adversis eandem tolerare fortiter. Hæc Eruditio-nis luce semel de medio sublatâ quis de DEO Theologus sacra mysteria explicet? fidem orthodoxam adversus hæreticorum contagionem defendat? Quis nodosas Leges

Jctus

Ictus interpretetur & subtili animo diversitatis rationes extutiat? Quis Rempubl. in partibus ejus gubernandam suscipiat? in Senatu sententiam provide dicat? populum in pace & concordia recte teneat? Quis humani corporis valetudinem Medicus procuret? vires afflictas restauret? Quis continentiae legem Philosophus prescribat? & à vitiis turpitudine nos absterreat? Soli præclaræ Eruditio- ni vitæ felicitatem; soli solidam pro tot beneficiis gratiam debemus. Illa Nos à vulgi communione, & hominum fæce disjungit: illa à sordidâ vivendi consuetudine, ad illustri- um virorum conversationem, ab obscurò vitæ genere, ad splendidarum dignitatum fastigia & Principum latera ducit; illa immortalibus vitæ ornamenti, divinisq; animi bonis afficit, & ut compendium verborum faciam, Eruditio totum illuminat orbem & ad obediendum D E O ac Magistratui ejus ministro vitam subditorum informat. Hæc cum ve- rissima esse Eximus ac Præstantissimus DN. CANDIDÄ- TUS, velab ipsâ pueritiâ sensisset, longè excellentissimam de Doctrinâ opinionem animo suo induit. Qui Stern- bergæ Ano CHRISTI 1625, sub finem Maji, Patre JUSTO- ZINZERLINGO, P. L. C. Jurisconsulto celeberrimo, Invi- Etissimi Svecorum Regis & vite næq; recordationis GUSTA- VI ADOLPHI, & Illustrissimi Oldenburgi Comitis ANTHO- NII GÜNTHERI Consiliario atq; Arcopagi Sternbergensis Adfessore gravissimo. Matre verò Fœmina AGNETA HAH- NIA, illius BARTHOLOMÆI CLINGII, hujus Academiæ olim Antecessoris per plurimos annos, ut & Illustrissimorum ac Celsissimorum Principum Mecklenburgicorum Consiliarii præcellentissimi Nepte, qui inquam progenitus, utroq; au- tem Parente nec dum Septennis, juxta cum Sorore ELISA- BETHA vix tunc quadriennium egressa, & fratre FRIDE- RICO tum bimulō, orbatus; & Orphanus in ædibus Mater- teræ

889

teræ honoratissimæ ELISABETHÆ HAHNIAE, trium Excel-
lentissimorum Jurisconsultorum, D. THOMÆ LINDEMAN-
NI, D. ZACHARIAE SITMANNI, & hodiè D. ADOLPHI FRIDE-
RICI von Hagen Conjugis, piissimè educatus; sub Doctissi-
mis & Clarissimis, (qui jam decentissimis defunguntur Spar-
tus, & quorum Nomina commemorare brevis pagina non
patitur) Præceptoribus, non medio eria humanitatis, arti-
umq; liberaliū jecit fundamenta; & tunc clarus agnoscens,
quam digna libero homine sit bonarum Artium cognitio,
quam longè supra fortunam lubricamq; rerum sortem emi-
nebat doctrinæ contulit semet A. 1642. ad illud Illustre Nor-
dalbingorum, Bordesholmi Gymnasium, in quo interces-
sione Viri Magnifici, DN. CHRISTIANI CASSII, Consiliarii
Utinensis, à Celsissimo Duce Holsatiæ DN. FRIDERICO in
numerum alumnoram cooptatus, Doctrinæ ibidem & Vir-
tuti indefessam navavit operam, & nondum biennio exacto,
propter incendium bellicum, quod tunc in Holsatiâ exarce-
rat, A. D. 1644. brumâ ingruente illinc cum commilitonib;
emigrare coactus, Rostochium hoc resalutavit, & trienni-
um in hac subsistens Academiâ, potitus præ cæteris, infor-
matoribus, Viris in Philosophia & Philologiâ Excellentis-
simis, DN. CASPARO MAURITIO, & DN. AUGUSTO VARE-
NIO, Phil. & Theol. Doctoribus ac Professoribus celebratis-
simis, utrâq; manus, quod ajunt, non pollice tantum operam
literis dedit, & interim religiosè cavit, nè morum ejus inte-
gritas, à fatali illâ, & adversâ virtuti eorum labâ, qui Doctri-
na ad bonam mentem aspirant, aliquod deliquium patere
tur. Posthæc A. 1647. imminente hyeme, Julianam Acade-
miam petuit, in eâq; Professores aliosq; Viros clarissimos,
præcipue Conradum Hornejum, Theologum, (cujus etiam
convictor fuerat) Henricum Habnium, Joan: Mehlboonium,
Georgium Wernerum, Cros, Hermannum Conringium, Medic-

rispublici, Jobi à Felde, Matheleos, Henr. Julium Scheurl/ Moralium, Johan Brenneccium, Græc. Liter. Gerhardum Titium, tum Hebr. nunc S.S. Theol. Professores, M. Petrum Museum, tunc Studiosum, post Professorem Rintelensis Academij, Fridericum Ulricum, Georgii Magni illius Theologi Filium, Calixtum tunc Studiosum, mox Theol. Professorem, Viros sanè, doctrinæ ornamenti præcellentes, & nunquam satis deprædicandos, publicè & priyatim docentes sedulò audivit. Intra biennium inde retractus, patrium, A. 1649., revisit Lycæum & in eō, quantum per curas domi natas & Domino notas licuit, studia sua, non per exiguum temporis spacium, diligentissimè & excoluit & continuavit; illorumque seriò satagens, omnes alias cogitationes, præ curâ consequendæ eruditionis, relietas habuit. Quum verò impensæ studiorum indies deficeret fermè inciperent, Divinâ sanè providentiâ, peculium aliquod quasi castrense, Ephoriā videlicet, Generosorum Adolescentium BOGISLAI ERNESTI à Petersdorff/ & ADAMI WEDIGII à Platen/ Equitum Pomeranorum nactus, Gryphiswaldiam A. 1651. iter suscepit, ibidēq; docendo alios, discere non desistens Viros ibidem in utriusq; juris scientiæ excellentissimæ, nempè Joachimum Volschorium, Joachimum Erichium, Petrum Stephani, Henricum Michaelis, sub cuius præsidio Disputationem de Probationibus propriè conscriptam Marte A. 1653. Mensē Octobre magno cum applausu exhibuit, nec non Joannem Pomereschium; ut & Joannem Michaelis, S.S. Theol. D. & Eloquentiæ Professorem, (cui quoquè Spartam præfatam acceptam ferendam habuit) coluit & saepius consuluit, publicè & privatim dis- sputando ac oppugnando, semet in Utroq; Jure exercuit; & non exigua, imo studiis suis proficuâ Magnorum Virorum Christiani Cochii, Michaelis Fridebornii, Matthai Libberri, Joan. Christopheri Sturtzii, Sereniss. Regis Syeciæ in citeriori Po-
mera.

490

meraniâ Consiliariorum & Senatoris Gryphiswaldensis,
Cognatorum & Affinium suorum familiaritate, formè qua-
driennium integrum, ibidem fructus variis artibus & disci-
plinis, maximè verò jurisprudentiæ & scientiâ ad æternæ fa-
mæ templum, non sine faustis acclamantium votis, vel qua-
drigis albis subvectus properavit. Post A. 1655. sub ipsum
ver, denuò ad Ephoriā citatus, Illustris & Generosi Viri.
Hieronymi Georgii ab Osten, Equitis Mecklenburgici, Consi-
liarii Oldenburgici, Satrapæ Delmenhorstensis, filium uni-
cè dilectum CHRISTIANUM GÜNTHERUM strenue informa-
vit, ipsiq; literas & virtutem instillans, non solum doctiorem
sed etiâ meliorem reddere conatus fuit. Tandem hâc Epho-
riâ post biennium abdicatâ, iter in Belgiam Provinciam Vi-
ris doctissimis resertissimam animo sub ad præclarâ que q;
incenso versans, DEO rerum omnium nostrorum Moderato-
re sic disponente, in Patriam. A. 1657. retractus fuit; cuius
Mense Sextili, Plurimùm Reverendo & Excellentissimo
Theologo Johann: Georgio Dorscheo, p. m. cujusq; auctoritate
& commendatione extimam fortitus fuerat Provincianus.)
Sorore eius unica secundis e locata erat auspiciis; ipse metu
verò in posterum ad hanc usq; horam in hac nostrâ Academiâ
permansit. Et qui pro Virtutē, pro literis & doctriñā tan-
tum, quantum nemo, ab ipsâ juventute desudavit; qui inter
alias præclaras disciplinas, Jurisprudentiæ, quæ præcipue
ad magnos honores & dignitates adiutū atq; viam patet facit;
vitam suam consecravit, non ita pridem à nobis, nostroque
Collegiò, Summos in Facultate Juridicâ Honores Docto-
rales, qui nil aliud sunt, quam indicia quædam vel testimo-
nia eruditionis, ac Nobilissima Virtutis præmia, sibi tribui
exoptavit. Cujus nos honestissimis votis ac postulatis lo-
cum denegare cum nec vellemus nec valeremus, in pri-
vatō coquæ rigidiori examine, Doctrinam & Eruditio-
nem

nem illius in Jūrisprudentiā solidām, experti; dignum eundem Summis in Utroq; Jure Privilegiis Doctoralibus, unanimitus suffragiis proclamavimus. Qui quanquam sententias judiciaq; nostra de ipsius lata Eruditōne non flocci fecerit; voluit nihilominus, publicē semet sistere, & cuivis comprobare, se non esse illis similem, qui cœcō quodam impetu ad jus ita properant, ut olim cum Pegasō suō Perseus; & longē abesse ab illis, qui tūm deum egregios se credunt. Themidis filios, si legum superficiariā imbuti cognitione, primoribus labris Justinianum delibārant: Et in eum finem, die V. Mensis Julii de Impensis Dotis, Funeris & Litis, de quibus in foro adsidua & quotidiana vertitur disceptatio, in conspectu selectissimæ literatorum Coronæ disputare constituit. Ad quam solennem & inauguralem Disputationem Te Magnifice Dn. Rector, Vos Plur. Reverendi, Consultissimi, Experientissimi, Excellentissimi, Dnn. Professores, cæterique omnium Ordinum Cives Academicī, Doctores, Licentiatī, Ecclesiæ Ministri, artium & Philos. Magistri, Nobilissimi ac doctissimi Studiosi, officiosè oramus & per amanter invitamus, ut Actum hunc solennem, vestrō auspicatissimo conspectu ritè secundare; disputaturum D.N. CANDIDATUM, vel suis doctissimis discursibus exercere, vel benignos ipsimet animos attentasq; aures impartire dignemini. Quod si (uti non dubitamus) feceritis. D.N. CANDIDATUS, devinctus erit Vobis omnibus & singulis memoriā hujus beneficij sempiternā: Nos verò, eos nos publicē & privatim probabimus, ut nullō tempore, tanto vestrō erga Nos favori gratitudo nostra quibusvis juncta officiis, defuisse completiatur. P.P. Rostochii sub Sigillō Facultatis nostræ iudicæ dic XXIV. Mensis Junii Anno CHRISTI M, DC, LX.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn735195498/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735195498/phys_0012)

DFG

quibus status imperii annuum suppeditant salarium. Pedaneis
larium geminæ auri libræ, tam sub exordio quam exodio negoti
a partibus aurei, causâ 100, aureos superante N. 82. c. 9. c. ii. vers.
Nostris moribus passim ferè obtinere fertur, ut ordinarii & quæ
gemata accipient diuina. His judicium sportulis accensentur
apparitoribus & executoribus negotiorum ministrantur t. t. C
l. 2. C. de plus pet. N. 112. c. 2.

Th. XXXII. Causæ ob quas debentur, geminæ præcipuae
tus Proceslus & Victoria. Ille sub se complectitur 1. Temer
in f. de jud. 2. Contumaciam l. 13. §. 2. l. 15. C. de jud. 3. Moram sa
iniquam l. 4. C. b. Harum causarum intuitu debitæ impensæ in
exiguntur, etiam ante ulteriore processum, nec adeo stricte i
da litis. Poterit tamen ejusmodi exactio & condemnatio, si
usq; ad sententiam à judge suppleri.

Th. XXXIII. Regula de condemnando in impensas succub
locum habet, si controversia sit Civ. s Crim. l. f. C. b. l. 3. C. qui
quædam criminis. & in f. de dol. & cont. Exuitur ea efficacia & vi
litigandi causa fuerit l. 79. de jud. l. 78. § 2. de leg. 3. Lindem. JC. pr
galu exerc. Justin. 10. th. 14. Nulla namq; temeritas imputari po
altercandi causâ. Quapropter impensæ compensantur h. e. qui
pendia facta sibi habet l. pen. §. 1. C. b. auth. post. jusj. C. de jud. N. 12
causæ, varie tractant Dd., earumq; alii breviorem, alii prolixior
qui ob angustiam iniri hic nequit. Interim arbitrio judicis com
putandæ; ei n. incumbit & stimare causam ex qualitate facti
arg. l. 38. de R. V. l. 9 C unde vi. Insuper privilegio aliquo gaudent
humanioresq; aut proflus nullas præstent sportulas: quod & p
sisceumbat; quamvis ab aliis eodem desituatur l. f. C. b. l. 12. §. 4

Th. XXXIV. Petit victor impendia illa l. actione, l. solâ
tione. Jure actionis peti volunt Dd. 1. Actione ex stipulatu, si
per iis victori refundendis convenerit. 2. Actione ex statuto
to alicujus loci super condemnatione in ea cautum sit. 3. Ac
cet sententia super iis lata. l. 3. C. b. Extra hos casus remediu
pensis in officio ponitur judicis, quod mature implorandum
sit latæ l. 42. de re jud. Quod si petitæ non fuerint, judec no
condemnare arg. l. 13. § 6. C. de jud. potest tamen ex officio, lic
supplere arg. l. 25. §. 8. de æd. ed. Censetur v. Imploratus, q
sibi in eas condemnari rogat, vel tacite. Posterior fieri putat
clausulam hanc salutarem: PETO MIHI JUS ET JUSTITIAM AD
Modo; aliamvè & quipollente annexuerit, aut in fine libelli

um fa
bantur
r. in VI.
tes tra
oribus,
. de act.
etarda
em l. 79.
ionem
itham
servan
fuerit,
xpressa
pr. verb.
to justa
me & ju
nititur
um im
sta sint
merum,
ales sint
ditione
uocatores
prodest,
fir.
implora
ores su
r decre
si videli
ndis im
senten
im in eas
atus, eas
se reum
at libello
ANI MEL.
us fuerit.
XXXV.

